95

2153

21/r

Actum in Castro Præmysliensi Feria Quarta post Dominicam Exaudi proxima Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Septuagesimo.

206

Gnosus Mniszek Notarius Terris Præmysl. Gnoso Rzeczycki Redonat.

Ex Copia.

Comparens personaliter coram Officio et Actis præsentibus Castrensibus Capitanealibus Præmysliensibus Gnosus Petrus Paulus à Buzenin Mniszek Notarius Terrestris Præmysliensis sanus mente et corpore existens à Terris Districtibus Iuribus Iurisdictionibusque suis quibusuis propriis et competentibus, præsenti vero Iurisdictioni Castrensi Capitaneali Præmysliensi quo ad actum modernum attinet se cum Successoribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atque subiiciendo palam libere publice ac perexpressum recognouit. Quia ipse Bona sua propria et hæreditaria infrascripta sibi Recognoscenti per Generosum Andream Casimirum Rzeczycki modernum Thesaurarium Podlachiæ, olim Gnosi Nicolai Rzeczycki filium coram Actis Officij præsentis Iure perpetuæ Donationis resignata Videlicet totam et integram Villam Dubaniowice, cum Wolcza Dolna et sorte Ostrowska, atque Zastawie cum Curia et Prædio ibidem sitis in Palatinatu Russiæ Terra vero et Districtu præsenti Præmysliensi iacens et consistens. Cum omni præmissorum Iure Dominio Proprietate, hæreditate tituloque hæreditario Omnibusque et singulis suprascriptorum Bonorum Vtilitatibus Vsibus fructibus Prouentibus reditibus Emolumentis Commodis Obuentionibus tum Agris Pratis Campis Pascuis Pascuariis Syluis Boris Gais Nemoribus Indaginibus Rubetis Vepretibus Virgultis Stagnis Piscinis Lacubus Torrentibus Aquarum decursibus riuis riuulis, Fluminibus, Paludibus Molendinis Tabernis, Hortis, Pomariis, Apisteriis, Apum Mellificiis, Teloneis tam

aggeralibus, quam pontalibus Horreis hortis Structuris aedificiis q[ue]
quibusuis Necnon Subditis, Cmethonibus, Hortulanis, Inquilinis tam
in eisdem bonis degentibus, quam alibi profugis, quorum repetendorum fa:
cultas infrascripto Donatario et Redonatario suo p[rae]sentibus conceditur,
eorumq[ue] laboribus, Censibus, Dationibus, Vecturis, munis et Officiis ob:
sequiisq[ue] quibusuis generaliter Omnibus, tum etiam cum Iure Patronatus
p[rae]sentandorum beneficiorum Ecclesiasticorum quorumuis ritus Romani
et Graeci attinentiisq[ue] et p[er]tinentiis generaliter Vniuersis, Nihil ex prae
missis Iuris Dominij Proprietatis, haereditatis ac cuiusuis competentiae
et Praerogatiuae pro se Recognoscente suisq[ue] Successoribus, aut alio quopiam
reseruando seu excipiendo, Sed omnibus in genere et singulis in specie
comprehensis genere per speciem et e contra in nullo derogando seu ex
cipiendo Verum ita late, longe circumferentialiterq[ue] prout p[rae]fatorum Bo:
norum p[rae]sentibus redonatorum haereditas se in suis metis et limitibus
extendit et protenditur, et prout eadem Bona p[rae]sentibus redonata ipse
met Recognoscens tenuit habuit, et possidebat ipsumq[ue] concernebant atq[ue]
ei de legitime seruiebant Iam exnunc et defacto Suprascripto Generoso
Andreae Casimiro Rzeczycki Thesaurario Podlachiae, eiusq[ue] posteris
dedit, donauit, redonauit ac titulo purae merae ac irreuocabilis Redo
nationis inscripsit, et resignauit, prout dat, Donat, Redonat inscribit
et resignat p[rae]sentibus perpetuo et in aeuum irreuocabiliterq[ue] Nec non
de Iuribus quibusuis Priuilegiis Inscriptionibus Originalibus et Eui
ctoriis, Debitis Intercisis, Contractibus Eorumq[ue] Roborationibus In
uentariis, Literis Granicierum, alisq[ue] quibusuis Dispositionibus bonis
p[rae]fatis modo quouis seruientibus cum parata generali tuitione et eui
ctione cessit et condescendit prout cedit et Condescendit p[rae]sentibus Omneq[ue]
et integrum Ius suum sibi ad p[rae]missa seruiens in p[er]sonam eiusdem
Gnosi Rzeczycki Thesaurarij Podlachiae Redonatary et Cessionary
sui et illius posterorum totaliter, et plenarie transtulit transfudit
et incorporauit, prout transfert, transfundit, et incorporat p[rae]sentibus.
In qua

In qua quidem Bona p̄ntibus redonata, et resignata idem Suprascriptus
Gnosus Notarius Terrestris Præmysliensis Recognoscens, Suprascripto Gnoso
Redonatario et Cessionario suo eiusq posteris Iam exnunc coram Offi
cio p̄nti dat et admittit realem Intromissionem, et actualem pacificamq
possessionem p Ministerialem quemcunq competentem, et Illes duos die qua
cunq Voluerit Efficaciose acceptandam. Per ipsum Gnosum Andream Rze
czycki Thesaurarium Podlachiæ Donatarium et Redonatarium ac Cessi
onarium suum illiusq posteros hæc eadem Bona p̄ntibus Redonata
et resignata p̄missaq Omnia cum Vniuersis Eorum Vtilitatibus et Vsu
fructibus attinentiisq et ptinentiis generaliter Vniuersis tenendi habend
et possidendi illisq quiete et pacifice Vtifruendi ac ad Vsus suos, suorumq
successorum quosuis beneplacitos Vsusfructus Libere et effectualiter con:
uertendi. Debetq et tenebitur memoratus Recognoscens Generosus Petrus
Paulus à Brzezin Mnißek Notarius Terrestris Præmysliens prout se
ac suos Successores in et super bonis suis generaliter omnibus summisq
peccuniariis quibusuis habitis et habendis suprascripto Gnoso The
saurario Podlachiæ Redonatario et Donatario suo inscribit et obli
gat p̄ntibus Ipsum et eius successores in dictis bonis p̄ntibus Re
donatis et ratione eorundem Omnium et singulorum p̄ntibus resigna
torum, ex re persona, et occasione sui Recognoscentis suorumq Success
rum ab omni et quauis impetitione iuridica quarumcunq personarum
cuiuscunq conditionis status et sexus cuiusuis existens exorienda
p Omnes p̄scriptiones Terrestres prout ad quamlibet personam Terris
spectat et ptinet p̄scriptio In Omni Iudicio et Officio Regni semper to
ties quoties Opus fuerit tueri defendere euincere intercedere, et eli
berare indemnemq cum posteris reddere, Necnon hæc eadem omnia p̄:
sentibus p se Recognoscentem Redonata et resignata ab omnibus in
genere Iuribus et Inscriptionibus prioribus et posterioribus sup eadem
Bona Donata et Redonata cuius personarum Modo quocunq factis
et faciendis (excepta Inscriptione super pensionem Annuam Viginti

2196

Septem marcarum super iisque bonis per se Recognoscentem Ecclesiae Milczycensi quotannis pendenda recognita et inscripta) tum etiam à quibusuis Citationibus in eadem Bona redonata et resignata importatis et importandis Lucris denique et perlucris, Processibusque Iuris quibusuis in quocunque puncto et gradu Iuris dependens, et in quouis Iudicio Iudicio et Officio Regni obtentis et obtinendis ac super praemissis Bonis Redonatis et resignatis perductis et pouiendis ex re et persona sui Recognoscentis Suorumque Successorum tantummodo et non ultra exonirendis emundare et eliberare mundaque et libera semper facere ac etiam Intromissionem praefatam Coram Officio praesenti admissam in fundo Bonorum praefatorum praesentibus Redonatorum dum per Ministerialem et Nobiles Officiose requiretur non denegare, imo debebit et tenebitur eandem libere dare et effectualiter admittere datamque et admissa eadem, possessionem, et Usumfructum praemissorum Bonorum Redonatorum nec per se, nec per suas quasuis submissas, et Subordinatas personas ex re persona et occasione sui Recognoscentis suorumque Successorum non impedire nec adimere ipsumque Donatarium suum et illius posteros in praemissis Omnibus Redonatis, et resignatis non iniuriari ita ut eadem Bona Redonata, et resignata idem Generosus Redonatarius et Cessionarius suus suis cum posteris quiete et pacifice praesentis Inscriptionis Redonatoriae Vigore, tenere habere et possidere queat illisque Uti frui possit perpetuis et aeuiternis temporibus, Idque sub Damnis Terrestribus simpliciter absque corporali Iuramento taxandis et edicendis per eundem Generosum Recognoscentem Notarium Terrestrem Praemysliensem siue eius posteros Suprascripto Redonatario et Cessionario Suo illiusque Successoribus ob non completionem Omnium et singulorum tam in toto quam in parte toties quoties opus fuerit ad Soluendum succumbendis Pro quibus quidem Damnis Terrestribus simpliciter taxandis et edicendis modo praemisso ad Soluendum Succubitis ac re aliqua principali ex praemissis non completa complenda Citatus ex ns memoratus Recognoscens Generosus Petrus Paulus à Buzenin Mniszek Notarius Terrestris Praemysliensis suis cum posteris Ad instantiam Suprascripti

2157

tiam Suprascripti Gnosi Andreae Casimiri Rzeczycki Thesaurarij Podlachiae uel eius posterorum ad Officium praesens Castrense Capitaneale Praemysliense extunc recessu suprascripto quo ad respondendum spectat mediante semper in primo Citationis termino tanquam peremptorio stare Juri parere respondere, Damna praefata Terrestria luere Inscriptioni praesenti Redonatoriae satisfacere, ac omne iudicatum pati debebit et tenebitur seque ac suos Successores ad eadem omnia inscribit, et obligat praesentibus Illu terminum primum peremptorium, et alios omnes exinde consequentes Causae eiusdem terminos semper peremptorios Vera Infirmitate, pro maiori minorennitate Successorum legatione intra Vel extra Regnum seruitio militari ad munimenta, ad euictorem, uel aliis quibusuis dilationibus et legalibus impedimentis non differendo, ad quietationem praeterea ultra proximos Officij praefati Castrensis Praemysliensis Terminos Dilationem sibi non recipiendo nullasque motiones, apellationes, ac earum prosequutiones faciendo ac praemissa omnia poenis simplicibus uel triplicatis Euasionibus, suspensionibus fataliis Juris praescriptione Terrestri bello Conuentioneque ac aliis omnibus Juris remediis et defensis non subterfugiendo, nec modo quouis alio euadendo Hac sua praesenti personali Recognitione ad praemissa omnia mediante Salua Rumatione de bonis praefatis cum pacifica possessione Subditorum et Vsufructu Bonorum eorundem ad diem Decimam Septimam Junij sibi Recognoscenti pleno in robore reseruata.

2016

Idem Eidem Donat et de Juribus Cedit

Coram Officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Praemysliensibus personaliter Comparens Generosus Petrus Paulus a Brzeznin Mniszek Notarius Terrestris Praemysliensis sanus mente et corpore existens a Terris, Districtibus Juribus Jurisdictionibusque suis quibusuis propriis et competentibus recedendo praesenti uero Castrensi Capitaneali Praemysliensi Jurisdictioni quo ad Vim Actus praesentis attinet, se cum Successoribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atque subiiciendo palam, libere, publice ac perexpressum recognouit. Quia ipse Bona sua propria, et haereditaria Videlicet certam sortem in Villa